An. et vol. XXXV 24 Septembris 1943 (Ser. II, v. X) – Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

SUMMARIUM

Acta Pii Pp. XII: Constitutio Apostolica, p. 273 – Litterae Apostolicae, 276 – Nuntius radiophonicus, p. 277.

Acta SS. Congregationum: *S. C. Consistorialis*: I. Decretum, p. 280. II. Provisio Ecclesiarum, p. 281 – *S. C. de disciplina Sacramentorum*: Epistula, p. 282 – *S. C. Rituum*: I, II. Decreta in causis pro beatificatione Servorum Dei, p. 285.

Acta Tribunalium: S. Paenitentiaria Apostolica: Decretum, p. 292.

Diarium Romanae Curiae: Segreteria di Stato: Nomine – Necrologio, pp. 293-296.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

M • DCCCC • XLIII

Directio:
Palazzo Apostolico — Città del Vaticano
Administratio:
Libreria Vaticana — Città del Vaticano

Pretium annuae subnotationis:
In Italia, Lib. 50 — extra Italiam, *L. it.* 70 —
Pretium unius fasciculi:
In Italia, Lib. 4,50 extra Italiam, *L. it.* 5 —

« *Bis fere in mense* (Commentarium) *prodibit ac quotiescumque vel necessitas vel utilitas id postulare videbitur* » (Ex *Commentarii Officialis* ratione, die 29 Octobris 1908 edita).

INDEX HUIUS FASCICULI

(An. XXXV, n. 9 - 24 Septembris 1943)

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

PAG.

Limana et aliarum. (Arequipen. - Cuschen. - Truxillen.). - A Provincia ecclesiastica Limana, in Peruviana Republica, aliquae separantur suffraganeae Sedes, ex quibus tres novae eriguntur ecclesiasticae Provinciae Arequipensis, Cuschensis, Truxillensis. - *23 Maii 1943* 273

LITTERAE APOSTOLICAE

Praepositus ad Sancti Nicolai Barensis. - Templum Praepositurale Sancti Nicolai Barensis, Leucii, intra fines Mediolanensis Archidioecesis, Basilicis Minoribus accensetur. - *22 Februarii 1943* 276

NUNTIUS RIADIOPHONICUS

Quarto vertente anno ab inito praesenti bello, orbi universo datus. - *1 Septembris 1943* 277

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I. Decretum. De titulo Primatialis ad honorem metropolitanae Ecclesiae Limanae. - *31 Maii 1943* 280

II. Provisio Ecclesiarum 281

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

EPISTULA

PAG.

Ad Ordinarios de custodia et protectione Sanctissimae Eucharistiae adversus bellicos incursus. - *15 Septembris 1943* 282

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I. *Brixien.* - Decretum de virtutibus pro beatificatione Ven. Servi Dei Innocentii a Bertio, sacerdotis professi Ordinis Minorum Capuccinorum. - *21 Martii 1943* 285

II. *Matriten.* - Decretum de virtutibus pro beatificatione Ven. Servae Dei Vincentiae Mariae López y Vicuña, Fundatricis Instituti Filiarum Mariae Immaculatae pro puellis famulatui addictis. - *21 Martii 1943* 288

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

Decretum. Indulgentiae conceduntur piam invocationem recitantibus. - *18 Augusti 1943* 292

DIARIUM ROMANAE CURIAE

I. Segreteria di Stato: *Nomine* 293

II. Necrologio 296

An. et vol. XXXV 24 Septembris 1943 (Ser. II, v. X) – Num. 9

ACTA APOSTOLICAE SEDIS

COMMENTARIUM OFFICIALE

ACTA PII PP. XII

CONSTITUTIO APOSTOLICA

LIMANA ET ALIARUM (AREQUIPEN.-CUSCHEN.-TRUXILLEN.)

A PROVINCIA ECCLESIASTICA LIMANA, IN PERUVIANA REPUBLICA, ALIQUAE SEPARANTUR SUFFRAGANEAE SEDES, EX QUIBUS TRES NOVAE ERIGUNTUR ECCLESIASTICAE PROVINCIAE AREQUIPENSIS, CUSCHENSIS, TRUXILLENSIS.

PIUS EPISCOPUS
SERVUS SERVORUM DEI
AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Inter praecipuas apostolici Nostri muneris partes ea sane est, qua Nos impellimur ad curandum ut ecclesiastica catholici orbis circumscriptio temporum et locorum adiunctis et christifidelium necessitatibus aptius respondeat. Quam quidem curam nunc a Nobis postulant Peruvianae Reipublicae Ecclesiae, unicam hucusque ecclesiasticam provinciam efformantes, *Limanam* videlicet. Quae cum et fidelium frequentia et territorii amplitudine latissime pateat, eam dividere novasque inibi provincias condere opportunum visum est. Quapropter, habito venerabilis Fratris Fernandi Cento, Archiepiscopi titularis Seleuciensis pierii et Nuntii Apostolici in Peruviana Republica, favorabili voto, suppleto, quatenus opus sit, quorum interest vel eorum qui sua interesse praesumant consensu, re mature perpensa, apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, cathedrales Ecclesias *Arequipensem, Cuschensem, Truxillensem, Puniensem, Ayacuquensem* seu *Huamangensem, Cajamarcensem,*

Chachapoyasensem et *Piurensem* a provincia ecclesiastica Limana, ad quam hucusque pertinuerunt, separamus. Haec igitur provincia ex ipsa metropolitana Ecclesia *Limana* et ex dioecesibus suffraganeis *Huànucensi* et *de Huaraz* posthac constabit. Ex praefatis vero cathedralibus Ecclesiis a provincia Limana avulsis tres novas erigimus ecclesiasticas provincias, videlicet *Arequipensem, Cuschensem* et *Truxillensem*. Provincia ecclesiastica Arequipensis, ex ipsa ecclesia Arequipensi, quae ad metropolitanae ecclesiae gradum evehimus, et ex cathedrali ecclesia Puniensi, quam ei suffraganeam constituimus, efformabitur. Provincia *Cuschensis* ex eadem ecclesia Cuschensi, quam ad Metropolitanae dignitatem item extollimus, et ex Cathedrali Ecclesia Ayacuquensi seu Huamangensi, uti suffraganea, constabit. Provincia denique *Truxillensis* ipsam Ecclesiam Truxillensem, quam Metropolitanam renunciamus, et Cathedrales Cajamarcensem, Chachapoyasensem et Piurensem, uti suffraganeas, amplectetur. Singulis itaque novis hisce metropolitanis Ecclesiis earumque pro tempore Archiepiscopis omnia concedimus iura, privilegia, insignia, honores et praerogativas quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae earumque Praesules iure communi fruuntur et gaudent. Archiepiscopis vero facultatem peculiariter tribuimus crucem intra limites suae provinciae ante se ferendi, nec non sacro Pallio iuxta liturgicas leges utendi, postquam tamen hoc in sacro consistorio ab Apostolica Sede rite postulatum et obtentum fuerit. Item easdem novas metropolitanas Ecclesias earumque Antistites iisdem adstringimus oneribus et obligationibus, quibus ceterae metropolitanae Ecclesiae et earum Archiepiscopi adstringuntur. Singula autem Capitula cathedralium Ecclesiarum Arequipensis, Cuschensis et Truxillensis ad Capituli Metropolitani gradum extollimus eisque propterea tribuimus iura, privilegia, honores et insignia, nec non onera et obligationes quae ceteris Metropolitanis Capitulis sunt propria. Ad quae omnia ut supra disposita et constituta exsecutioni mandanda venerabilem quem supra diximus Fratrem Fernandum Cento, Nostrum in Peruviana Republica Nuntium, delegamus eidemque igitur necessarias et opportunas tribuimus facultates, etiam subdelegandi, ad effectum de quo agitur, quemlibet virum in ecclesiastica dignitate constitutum, facto ei onere ad S. Congregationem Consistorialem authenticum peractae exsecutionis actorum exemplar quamprimum fieri poterit transmittendi. Praesentes autem Litteras et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quilibet quorum interest, vel qui sua interesse praesumant, auditi non fuerint vel praemissis non consenserint, etiam si expressa, specifica et individua mentione digni sint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis aut

nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quolibet alio, licet substantiali et inexcogitato, defectu notari, impugnari vel in controversiam vocari posse, sed eas, tamquam ex certa scientia ac potestatis plenitudine factas et emanatas, perpetuo validas exsistere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, atque ab omnibus ad quos spectat inviolabiliter observari debere, et si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum prorsus et inane esse et fore volumus ac decernimus; non obstantibus, quatenus opus sit, regulis in synodalibus, provincialibus, generalibus universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et quibusvis aliis Romanorum Pontificum Praedecessorum Nostrorum dispositionibus ceterisque contrariis quibuscumque, etiam speciali mentione dignis, quibus omnibus per praesentes derogamus. Volumus autem ut harum Litterarum transumptis vel excerptis, etiam impressis, manu tamen alicuius notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate vel officio constituti munitis, eadem prorsus tribuatur fides, quae hisce Litteris tribueretur, si ipsaemet exhibitae vel ostensae forent. Nemini autem hanc paginam dismembrationis, evectionis, subiectionis, constitutionis, concessionis, statuti, mandati, delegationis, derogationis et voluntatis Nostrae infringere vel ei contraire liceat. Si quis vero id ausu temerario attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Apostolorum Petri et Pauli se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo quadragesimo tertio, die vigesima tertia Maii mensis, Pontificatus Nostri anno quinto.

ALOISIUS Card. MAGLIONE
a Secretis Status

Fr. RAPHAËL C. Card. ROSSI
S. C. Consistorialis a Secretis

Ludovicus Kaas, *Proton. Apost.*
Arthurus Mazzoni, *Proton. Apost.*

Loco ✠ Plumbi

Reg. in Canc. Ap., vol. LXVII, n. 40 — Al. Trussardi.

LITTERAE APOSTOLICAE

TEMPLUM PRAEPOSITURALE SANCTI NICOLAI BARENSIS, LEUCII, INTRA FINES MEDIOLANENSIS ARCHIDIOECESIS, BASILICIS MINORIBUS ACCENSETUR.

PIUS PP. XII

Ad perpetuam rei memoriam. — Praepositus ad Sancti Nicolai Barensis, Leucii, intra fines Mediolanensis Archidioecesis, Nos edocet ecclesiam suam praeposituralem iam a tertio decimo saeculo inter potiores archidioecesis praeposituras memoratam esse, hodieque ad eandem Christifideles non modo e civitate sed e tota finitima regione, patrocinium Sancti Nicolai invocantes, magno numero confluere. Hodiernum templum satis nobili structura atque amplitudine excellit, pluribus artis operibus praesertim pictis, ita ut dignum videatur peculiaribus privilegiis a Sancta Sede concedendis. Refert sane ipse praepositus admodum sibi, clero populoque civitatis eiusdem, esse in votis ut basilicae titulo iuribusque illud pro benignitate Nostra decorare velimus; additque in eodem novem et decem paroeciarum nunc sedem exstare Vicariatus Foranei, sed ipsum iam omnium totius territorii ecclesiarum antiquissimam putari ecclesiam matricem. Cum igitur precibus huiusmodi, gravissimo commendationis officio roboratis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Mediolanensium Archiepiscopi, ultro libenterque annuendum censeamus, conlatis quoque consiliis cum Venerabili Fratre Nostro Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Praenestino Episcopo, Sacrae Rituum Congregationis Praefecto, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostris atque apostolicae Nostrae potestatis plenitudine, praesentium Litterarum tenore perpetuumque in modum ecclesiam praeposituralem Sancti Nicolai Barensis, Leucii, archidioecesis Mediolanensis intra limites positam, titulo ac dignitate *Basilicae Minoris* decoramus, illique iura ac privilegia tribuimus, quae rite competunt. Contrariis non obstantibus quibuslibet. Haec benigne concedimus, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces iugiter exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; illisque ad quos pertinent, sive pertinere poterunt, nunc et in posterum plenissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum; irritumque ex nunc et inane fieri si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die XXII mensis Februarii anno MCMXXXXIII, Pontificatus Nostri quarto.

A. Card. MAGLIONE, *a Secretis Status*.

NUNTIUS RADIOPHONICUS

A BEATISSIMO PATRE, DIE I MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCCCXLIII, QUARTO VERTENTE ANNO AB INITO PRAESENTI BELLO, ORBI UNIVERSO DATUS.

Si compiono oggi quattro anni dal giorno orrendo che diede inizio alla più formidabile, distruggitrice e devastatrice guerra di tutti i tempi, la cui visione atterrisce chiunque nutra in petto anima e sensi di umanità.

Nel presentimento di così universale sciagura, che minacciava la grande famiglia umana, Noi indirizzammo, pochi giorni avanti lo scoppio delle ostilità, il 24 agosto 1939, ai Governanti e ai popoli un caldo appello e una supplichevole ammonizione: Nulla — dicemmo — è perduto con la pace. Tutto può esser perduto con la guerra!

La Nostra voce giunse agli orecchi, ma non illuminò gli intelletti e non scese nei cuori. Lo spirito della violenza vinse sullo spirito della concordia e della intesa: una vittoria che fu una sconfitta.

Oggi, sulla soglia del quinto anno di guerra, anche coloro, che contavano allora sopra rapide operazioni belliche e una sollecita pace vittoriosa, volgendo lo sguardo a quanto li circonda dentro e fuori della patria, non sentono che dolori e non contemplano che rovine. A molti, i cui orecchi rimasero sordi alle Nostre parole, la tristissima esperienza e lo spettacolo dell'oggi insegnano quanto il Nostro ammonimento e presagio corrispondessero alla realtà futura.

Ispirarono allora le Nostre parole amore imparziale per tutti i popoli senza eccezione e vigile cura per il loro benessere. Lo stesso amore e la stessa cura Ci muovono in quest'ora grave e angosciosa, e mettono sulle Nostre labbra parole che vogliono essere a vantaggio di tutti e di nessuno a danno, mentre istantemente supplichiamo l'Onnipotente Iddio, affinchè apra loro la via ai cuori e alle decisioni degli uomini, nelle cui mani sono le sorti dell'afflitta umanità.

Attraverso lotte gigantesche le esteriori vicende della guerra si avvicinano e confluiscono al loro punto culminante.

Mai la esortazione della Scrittura: « Imparate, o giudici della terra! », [1] non fu più invocata e urgente che in quest'ora in cui a tutti parla la tragica realtà.

Dappertutto i popoli rientrano in se stessi a meditare, con gli occhi

[1] Ps. 2, 10.

alle rovine. Vera saggezza è incoraggiarli e sostenerli nelle loro prove. Scoraggiarli sarebbe funesto accecamento.

Per ogni terra l'animo dei popoli si aliena dal culto della violenza, e nell'orrida messe di morte e di distruzione ne contempla la meritata condanna.

In tutte le Nazioni cresce l'avversione verso la brutalità dei metodi di una guerra totale, che porta ad oltrepassare qualunque onesto limite e ogni norma di diritto divino ed umano.

Più che mai tormentoso penetra e strugge la mente e il cuore dei popoli il dubbio, se la continuazione della guerra, e di una tale guerra, sia e possa dirsi ancora conforme agl'interessi nazionali, ragionevole e giustificabile di fronte alla coscienza cristiana ed umana.

Dopo tanti trattati infranti, dopo tante convenzioni lacerate, dopo tante promesse mancate, dopo tanti contraddittori cambiamenti nei sentimenti e nelle opere, la fiducia tra le Nazioni è scemata e caduta così profondamente da togliere animo e ardimento a ogni generosa risoluzione.

Perciò Ci rivolgiamo a tutti quelli, cui spetta promuovere l'incontro e l'accordo per la pace, con la preghiera sgorgante dall'intimo e addolorato Nostro cuore, e diciamo loro:

La vera forza non ha da temere di essere generosa. Essa possiede sempre i mezzi per garantirsi contro ogni falsa interpretazione della sua prontezza e volontà di pacificazione e contro altre possibili ripercussioni.

Non turbate nè offuscate la brama dei popoli per la pace con atti, che, invece di incoraggiare la fiducia, riaccendono piuttosto gli odi e rinsaldano il proposito di resistenza.

Date a tutte le Nazioni la fondata speranza di una pace degna, che non offenda nè il loro diritto alla vita nè il loro sentimento di onore.

Fate apparire in sommo grado la leale concordanza tra i vostri principi e le vostre risoluzioni, tra le affermazioni per una pace giusta e i fatti.

Soltanto così sarà possibile di creare una serena atmosfera, nella quale i popoli meno favoriti, in un dato momento, dalle sorti della guerra possano credere al rinascere e al crescere di un nuovo sentimento di giustizia e di comunanza tra le Nazioni, e da questa fede trarre le naturali conseguenze di maggiore fiducia per l'avvenire, senza dover temere di compromettere la conservazione, l'integrità o l'onore del loro Paese.

Benedetti coloro, che con volontà rettilinea aiutano a preparare il terreno, dove germogli e fiorisca, si rafforzi e si maturi il senso della veracità e della giustizia internazionale.

Benedetti coloro — a qualunque gruppo belligerante appartengano —

i quali con non meno retto volere e con lo sguardo alla realtà cooperano a superare il punto morto, in cui si arresta oggi la fatale bilancia tra guerra e pace.

Benedetti coloro che mantengono se stessi e i loro popoli liberi dalla stretta di opinioni preconcette, dall'influsso di indomite passioni, di inordinato egoismo, di illegittima sete di potere.

Benedetti coloro che ascoltano le voci supplichevoli delle madri, le quali ai loro figli hanno dato la vita perchè crescessero nella fede e nelle azioni generose, non per uccidere e farsi uccidere; coloro che porgono orecchio alle implorazioni angosciose delle famiglie ferite a morte dalle forzate separazioni, alle grida sempre più insistenti del popolo, il quale, dopo tante sofferenze, privazioni e lutti, non altro chiede per la sua vita che pace, pane, lavoro.

Benedetti infine quanti comprendono che la grande opera di un nuovo e vero ordinamento delle Nazioni non è possibile senza alzare e tener fisso lo sguardo a Dio, che, reggitore e ordinatore di tutti gli eventi umani, è fonte suprema, custode e vindice di ogni giustizia e di ogni diritto.

Ma guai a coloro che in questo tremendo momento non assurgono alla piena coscienza della loro responsabilità per la sorte dei popoli, che alimentano odi e conflitti fra le genti, che edificano la loro potenza sulla ingiustizia, che opprimono e straziano gl'inermi e gl'innocenti;[2] ecco che l'ira di Dio verrà sopra di loro sino alla fine![3]

Piaccia al Redentore divino, sulle cui labbra risonarono le parole « Beati i pacifici », illuminare i potenti e i condottieri dei popoli, dirigere i loro pensieri, i loro sentimenti e le loro deliberazioni, renderli interiormente ed esteriormente vigorosi e saldi contro gli ostacoli, le diffidenze e i pericoli, che intralciano la via alla preparazione e al compimento di una giusta e durevole pace! La loro saggezza, la loro moderazione, la loro forza di volontà e il vivo sentimento di umanità valgano a far cadere un raggio di conforto sul limitare, bagnato di sangue e di lacrime, del quinto anno di guerra, e dare alle vittime superstiti dell'immane conflitto, curve sotto l'oppressione del dolore, la lieta speranza che l'anno stesso non termini nel segno e nell'oscurità della strage e della distruzione, ma sia principio e aurora di novella vita, di fraterna riconciliazione, di concorde e operosa ricostruzione.

Con tale fiducia impartiamo a tutti i Nostri diletti figli e figlie dell'Orbe cattolico, come a tutti quelli che si sentono a Noi uniti nell'amore e nell'opera per la pace, la Nostra paterna Apostolica Benedizione.

[2] Cfr. Ier. 22, 13.

[3] Cfr. 1 *Thess.* 2, 16.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SACRA CONGREGATIO CONSISTORIALIS

I

DECRETUM

DE TITULO PRIMATIALIS AD HONOREM METROPOLITANAE ECCLESIAE LIMANAE

Cum ecclesiastica provincia Limana, quae hactenus unica exstiterat in universo Reipublicae Peruvianae territorio, per Apostolicas sub plumbo Litteras diei 23 maii 1943 in tres alias provincias ecclesiasticas dispertita sit, attento quoque sedis metropolitanae Limanae splendore initio dominationis hispanicae, opportunum visum est ut ipsa, cum ceteras metropolitanas Ecclesias nuper erectas tempore praecedat, iisdemque peculiaris honoris praerogativa antecellat.

Quapropter Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Pp. XII, precibus quoque Sibi instanter in hunc finem oblatis obsecundare volens, praesenti Consistoriali Decreto benigne statuit ut memorata Ecclesia metropolitana Limana *Primatialis* titulo condecoretur, eiusdemque pro tempore Archiepiscopi titulo *Primatis* gaudeant; ea tamen lege ut titulus ipse tantummodo honoris praerogativam et praecedentiae ius secumferat, ad normam can. 271 Codicis Iuris Canonici, firmo praescripto can. 269, § 2.

Contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus S. C. Consistorialis, die 31 Maii 1943.

Fr. R. C. Card. Rossi, *a Secretis.*

L. ✠ S.

Benedictus Renzoni, *Adsessor.*

II

PROVISIO ECCLESIARUM

Sanctissimus Dominus Noster Pius divina Providentia Papa XII, successivis decretis Sacrae Congregationis Consistorialis, singulas quae sequuntur Ecclesiae de novo Pastore dignatus est providere, nimirum:

die 23 Maii 1943. — Metropolitanae Ecclesiae Arequipensi, nuper evectae, praefecit Exc. P. D. Marianum Holguin, eiusdem Ecclesiae Episcopum.

— Metropolitanae Ecclesiae Cuschensi, nuper evectae, Exc. P. D. Philippum Iacobum Hermosa y Sarmiento, eiusdem Ecclesiae Episcopum.

— Metropolitanae Ecclesiae Truxillensi, nuper evectae, Exc. P. D. Ioannem Guevara, eiusdem Ecclesiae Episcopum.

die 26 Iunii. — Cathedrali Ecclesiae Leopoldinensi, noviter erectae, R. D. Delphinum Ribeiro Guedes, Rectorem Seminarii minoris de Pouso Alegre.

— Abbatiae *nullius* Sancti Mauritii Agaunensis, R. P. Ludovicum Haller, canonicum regularem Congregationis Helveticae a S. Mauritio Agaunensi, quem nominavit Episcopum titularem Bethleemitanum.

die 3 Iulii. — Metropolitanae Ecclesiae S. Sebastiani Fluminis Ianuarii Exc. P. D. Iacobum de Barros Camara, hactenus Archiepiscopum Belemensem de Parà.

— Cathedrali Ecclesiae S. Ioannis Portoricensis R. D. Iacobum Davis, Parochum S. Patritii loci « Bisbee » in dioecesi Tucsonensi.

die 17 Iulii. — Titulari episcopali Ecclesiae Tiberiensi et Praelaturis *nullius,* aeque principaliter unitis, Altamurensi et Aquavivensi R. D. Iosephum Della Cioppa, Vicarium Generalem archidioecesis Capuanae.

die 26 Iulii. — Titulari archiepiscopali Ecclesiae Colossensi Exc. P. D. Ioannem Costantini, hactenus Episcopum Lunensem seu Spediensem, Sarzanensem et Brugnatensem.

die 31 Iulii. — Cathedrali Ecclesiae Mossorensi R. D. Ioannem Baptistam Portocarrero da Costa, presbyterum archidioecesis Olindensis et Recifensis.

die 17 Augusti. — Cathedrali Ecclesiae Volaterranae R. D. Antonium Bagnoli, Rectorem Seminarii Maioris archidioecesis Florentinae.

— Cathedralibus Ecclesiis, aeque principaliter unitis, Nepesinae et

Sutrinae R. D. Iosephum Gori, Parochum S. Augustini in civitate Pratensi.

die 21 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Messeniensi R. D. Iosephum Battaglia, Praepositum parochum S. Mariae Gratiarum, Bergomi, quem constituit Coadiutorem cum iure successionis Exc. P. D. Antonii Scarante, Episcopi Faventini.

die 23 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Aulonensi R. D. Thomam I. Solari, Vicarium Generalem archidioecesis Bonaërensis, quem deputavit Auxiliarem Emi P. D. Iacobi Aloisii S. R. E. Cardinalis Copello, Archiepiscopi Bonaërensis.

— Titulari episcopali Ecclesiae Birthensi R. D. Geminianum Esorto, Pro-Vicarium Generalem archidioecesis Platensis, quem deputavit Auxiliarem Exc. P. D. Ioannis Chimento, Archiepiscopi Platensis.

die 25 Augusti. — Titulari episcopali Ecclesiae Dionysiensi R. D. Hilarium Alcini, Canonicum Poenitentiarium Capituli cathedralis Tudertini ibique Seminarii dioecesani Rectorem.

die 7 Septembris. — Cathedrali Ecclesiae Aquisgranensi R. D. Iosephum van der Velden, Rectorem Seminarii episcopalis eiusdem dioecesis Aquisgranensis.

SACRA CONGREGATIO DE DISCIPLINA SACRAMENTORUM

EPISTULA

AD ORDINARIOS DE CUSTODIA ET PROTECTIONE SANCTISSIMAE EUCHARISTIAE ADVERSUS BELLICOS INCURSUS.

Quam longe lateque immoderatus bellicus furor per universum paene orbem saeviat atque omnia pessumdet, adhibitis tormentis bellicis omne genus, tum aëriis tum maritimis tum terrestribus, nemo est qui non videat.

A tam dira armorum direptione, proh dolor, immunia non sunt ipsa quoque sacra Dei templa, quae sacrosanctum Christi Corpus sub eucharisticis Speciebus delitescens asservant.

Ad quamlibet irreverentiam, quantum fieri poterit, a Sanctissima

Eucharistia arcendam, sacra haec Congregatio Ordinariorum (can. 198 § 1) mentem convertere studet ad perquirenda media accommodatiora: quamvis non ignoret nonnullos Excmos Praesules laudabiliter ad rem idoneas normas suis parochis ecclesiarumque rectoribus iam suppeditasse.

Quaedam idcirco hisce litteris visum est concinnare, quae Ordinariis atque presbyteris Sanctissimae Eucharistiae custodibus inserviant ad tam grave, quo adstringuntur, munus explendum.

1. Apprime sacerdotes missalis rubricam, *De def. in cel. Miss. occ.*, X, n. 2, prae oculis habeant, si incursionis nuncio percelluntur dum sacra peragunt Mysteria, quae inter alia praescribit: « Si sacerdote celebrante... timeatur incursus hostium vel alluvionis vel ruina loci ubi celebratur, ante consecrationem dimittatur Missa, post consecrationem vero sacerdos accelerare poterit sumptionem Sacramenti, omissis omnibus aliis ».

2. Prudenti Ordinarii iudicio, spectato hostilium offensionum incumbente periculo, potestas committitur suspendendi ad tempus, donec scilicet periculum ipsum perseveret, facultates asservandi Sanctissimam Eucharistiam in ecclesiis, quae tamen paroeciales aut praecellentes in loco non sint; et in oratoriis semipublicis, idest cappellis communitatum, seminariorum, nosocomiorum etc., ubi sacerdos aut diaconus praesto non sit, qui sacras Species in tuto collocare possit tempore incursionum; necnon praesertim in oratoriis domesticis.

3. In communitatibus tamen per sacerdotes aut moniales moderatis, quae de more semipublicum habent oratorium, si contingat quod specialis locus sit deputatus ut *refugium*, quod vocant, contra bellicas insidias communitati exclusive reservatus, qui locus sit aptus et decens, ibi pro oratorio asservari poterit etiam habitualiter Sanctissima Eucharistia, aptato altari convenienter ornato cum ciborio conopeo contecto, cum lampade electrica diu noctuque collucescente, ibique communitatis membris licebit sueta pietatis exercitia explere. Quoties autem Missa in oratorio litetur ad commodum praebendum sacrae Communionis suscipiendae, consecrentur dumtaxat particulae necessariae.

4. Ita pariter, in urbibus praefatis incursibus magis expositis, si ecclesia cryptam aut sacellum subterraneum habeat, aut facile ibi aptari possit, quod contra hostiles iniurias securitatem praeseferat, ibi Sanctissima Eucharistia potest continenter asservari in altari cum tabernaculo recondito in loco tutiore, servatis quae n. 3 diximus; et si ibi facilis pateat accessus ac suppetat loci capacitas, integrum sit fidelibus sacris functionibus interesse.

5. Canone 1269 § 3 casui prospicitur in quo « gravi aliqua suadente causa ab Ordinario loci probata, non est vetitum Sanctissimam Eucharistiam nocturno tempore extra altare... in loco tutiore et decenti... asservari... ». Hoc iuris praescriptum iam expendimus in Instructione *De Sanctissima Eucharistia sedulo custodienda* » diei 26 maii 1938 ad 5 : [1] ubi tali asservationis modo magis consuli dicebatur securitati Sanctissimae Eucharistiae praesertim adversus fures : at hoc valere etiam in bellicis offensionibus evidens est, et quidem etiam diurno tempore, si necesse sit.

Hic locus tutior potest esse etiam specialis aliquis recessus, subter ecclesiam aut sacrarium vel in paroeciali domo, potissimum si sacrae Species includantur in quadam arca ferrea, artificum iudicio construenda ut ab igne, umore aliaque offensione protegatur, imis ecclesiae muris aut intimo marmoreo columnae stylobati inserenda, servatis, quantum fieri poterit, legibus liturgicis atque citata Instructione.

6. Aliquando praestabit, uti iam innuimus n. 3, tot dumtaxat singulis diebus consecrari hostias quot sufficiant fidelibus sacra Dape sese refecturis, consumptis iis quae forte inde superfuerint, praeter eas quae viatico aut communioni infirmis ministrandis reserventur, et hae suadetur ut collocentur non in ordinaria pyxide, sed in theca quadam ex solido metallo confecta, omnino obstructa, decenti iuxta morem, facilius recondenda et transferenda.

Sacerdos vero, qui prope ecclesiam incolit, incursionis tempore praefatam thecam cum sacris Particulis ita reservatis arripiat et in locum tutum deferat.

7. Valde autem expediet ut parochus edoceat aliquos fideles, prudentia ac pietate praestantes — in primis sodales confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, cuius praecipue est curam Sanctissimae Eucharistiae exhibere et cultum promovere — in extrema necessitate, nempe si parochus aut sacerdos in loco desit et periculum profanationis Sanctissimae Eucharistiae immineat, Sacras Species in loco tuto ponere aut forte deperditas quam diligentissime requirere et colligere.

8. Hae, quas recensuimus, quaedam dumtaxat sunt normae ad enunciatum finem attingendum; his vero quominus aliae addantur, quae inspectis locorum peculiaribus adiunctis magis idoneae reperiantur, nihil vetat; imo enixe Ordinarios adhortamur ut, si efficaciora comperiant media, iisdem utantur.

Gratum equidem foret huic sacrae Congregationi suo tempore ea

[1] *Acta A. Sedis*, vol. XXX, pag. 98 seqq.

omnia agnoscere quae Ordinarii moliti fuerint ad tuendam Sanctissimam Eucharistiam adversus bellicos incursus.

Ssmus Dominus Noster Pius Divina Providentia Papa XII, in Audientia Excmo Secretario huius S. Congregationis die 14 septembris 1943 concessa, praefatam epistulam, ab EE. PP. in Plenariis Conventibus maturo ac diligenti examini iam subiectam, approbare dignatus est ac publici iuris fieri iussit in Commentario Officiali *Acta Apostolicae Sedis* et exsecutioni illico demandari; cum derogationibus necessariis et opportunis.

Datum Romae, ex aedibus Sacrae Congregationis de disciplina Sacramentorum, die 15 mensis Septembris anni 1943.

D. Card. Jorio, *Praefectus.*

L. ✠ S.

F. Bracci, *Secretarius.*

SACRA CONGREGATIO RITUUM

I

BRIXIEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVI DEI INNOCENTII A BERTIO, SACERDOTIS PROFESSI ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum, nec non cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

« Omnes homines peregrini sunt in mundo, scite scribit S. Laurentius a Brundusio, sed hi cum Christo peregrinantur a Iericho in Ierusalem, illi autem cum Adamo ab Ierusalem in Iericho: ascendunt cum Christo, diligentes caelestia et divina, illi descendunt cum Adamo, diligentes mundana et terrena ... via ducens ad civitatem Ierusalem caritas est, via ducens in Babylonem cupiditas; illa via spiritus est, haec via carnis » (Serm. in Dom. Quinq. Op. vol. VII, p. 146, Ed. Pat. 1942).

Venerabilis Innocentius a Bertio, Seraphici Patris vestigia premens, mundana ac terrena despiciens, sed caelestia et divina diligens, cum Christo a Iericho in Ierusalem peregrinatus est, nec devians a tuta semita, quae est caritas, illuc cum eo secure ascendit atque pervenit.

Die 19 Martii anno 1844, Niardi, Vallis Camuniae oppidi, in Brixien. Dioecesi, Petro Scalvinomi ac Francisca Poli, agricolis, non amplis divitiis sed pietate ac probitate claris, Servus Dei natus est, atque die 22 sacris est ablutus baptismi aquis, Ioannis accepto nomine. Mater immature viduata marito, Bertium se contulit; quod eiusdem mariti oppidum natale erat, unde in Religione cognomen inditum filio.

Piissima cum esset, omnem curam ac diligentiam adhibuit mater ut filiolus in timore ac Dei amore succresceret: atque hic, animum sortitus ad omne bonum proclivem, mire respondit.

Unanime est omnium testium iudicium Ioannem, vel a puero, sanctitatem portendisse. Episcopus Verzeri, qui orantem in Ecclesia eum viderat, sanctum evasurum coniectavit. Nec coniecturam fefellit eventus; Ioannes enim, sive intra domesticos parietes, sive in Luerensi collegio, sive in Brixiensi Seminario, perfectum in virtutibus diligentemque in studiis excolendis se praebuit, adeo ut cum Superiores tum condiscipuli in eius admirationem raperentur.

Sacerdotio anno 1867 die secunda Iunii mensis auctus, Cevi parocho adiutor datus, mirum in modum se gessit, parocho pandente se magnum accepisse a superioribus beneficium, qui tam bonum adiutorem sibi assignaverant. Biennio post, Vicerectoris Brixiensis Seminarii munus ei fuit collatum, quo uno tantum anno est functus. Bertium missus, atque parocho in auxilium datus, in hoc officium, magno populi emolumento, per quadriennium incubuit.

Verum Sacerdotis Ioannis animus ad altiora assequenda, divino urgebatur impulsu: eius sane cor caritate ardescebat. Iamvero « Dei amor, caritas, idem S. Laurentius docet, est fons omnium bonorum; requirit ut, Iericho terga dantes, in Ierusalem faciem convertamus, dirigentes pedes nostros in viam pacis; nam multi viam pacis non cognoverunt; vult ut mundum contemnamus et aeternam felicitatem avidissime appetamus » (Ibid., p. 133). Ioannes mundo terga dans, ut pacem sibi compararet vivens, aeternamque felicitatem dein assequeretur, ad Ordinem Fratrum Minorum Capuccinorum advolavit; in quo Aprili mense anno 1874 tirocinium posuit, assumpto Innocentii a Bertio nomine; die vero 2 Maii anno 1878, in coenobio Ssmae Annuntiatae oppidi « Borno », in quo fere semper est moratus, sollemnia vota nuncupavit.

Desiderii compos plene factus, severioris Instituti regulas ad amussim

servare toto animi conatu est aggressus. Obedientissimum suorum Superiorum mandatis se praebuit, angelicam castitatem, ut iam in saeculo vivens, servavit; paupertatem arctissimam adamavit; asperrimis paenitentiis corpus domare sategit; regularis disciplinae eximius fuit cultor; iniuriarum patiens, calumnias quoque neglexit, Deo suam causam defendendam permittens, aequabilis interim manens; de se adeo demisse sentiebat, ut non modo honorem sed vel honoris umbram aversaretur. Tot tantasque virtutes assiduae orationis studio vallavit auxitque.

Hisce virtutibus ditatum certatim seu religiosi seu parochi exquirebant ut verbum Dei praedicaret atque paenitentiae sacramentum ministraret. Aliis quoque muneribus sancte est functus.

Albini, quo missus fuerat, dum in praedicationem incumbit, morbo correptus, Bergomum delatus, incassum curis omnibus cedentibus, die 3 Martii a. 1890 lectissimam animam Deo reddidit.

Sanctitatis fama, quae iam vivax erat, post eius obitum vivacior erupit. Quare anno 1909 in Brixiensi Curia informativae inquisitiones super fama, scriptis atque cultu indebito non praestito inceptae sunt, ineunte autem Ianuario mense a. 1919, absolutae. Scriptis scrutatis sacra Congregatio, die 8 Augusti 1918 decrevit: *Nihil obstare quominus ad ulteriora procedatur*. Die 22 Ianuarii anno 1919 Benedictus XV fel. rec. Commissionem Introductionis Causae signavit.

Remissoriales litterae Episcopo Brixiensi die 14 Februarii a. 1919 pro inchoando processu super virtutibus et miraculis in specie fuere transmissae. Die 14 Decembris a. 1921 Sacra eadem Congregatio constare edixit de cultu numquam exhibito Dei Famulo.

Die 17 Ianuarii a. 1922 alias Remissoriales expedivit Litteras Sacra Congregatio pro continuando et absolvendo processu.

Favorabile pro validitate processuum Sacra Congregatio die 4 Maii 1931 iudicium edidit.

Servatis itaque omnibus de iure servandis, die 4 Iunii a. 1940 coram Revmo Cardinale Ianuario Granito Pignatelli di Belmonte, Episcopo Ostien. et Albanen. huius causae Ponente seu Relatore, Antepraeparatoria Congregatio coacta est: die 24 Februarii, elapso anno, coram Cardinalibus, Praeparatoria; Generalis demum coram Ssmo D. N. Pio Papa XII die 23 Februarii a. 1943; in qua idem Revmus Cardinalis Relator dubium proposuit discutiendum: *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.* Revmi Cardinales, Officiales Praelati, Patresque Consultores suum pan-

derunt suffragium; Beatissimus vero Pater quid de re iudicaret, proferre distulit, ut multiplicatis precibus lumen a Deo imploraret.

Diem itaque hanc constituit, Dominicam secundam Quadragesimae, vicesimam primam Martii mensis.

Quocirca Revmos Cardinales Carolum Salotti, Episcopum Praenestinum, S. R. C. Praefectum atque Ianuarium Granito Pignatelli di Belmonte, Causae Relatorem nec non R. P. Salvatorem Natucci Fidei Promotorem generalem meque infrascriptum Secretarium arcessiri iussit, atque, Eucharistico Sacrificio religiosissime litato, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum, tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Innocentii a Bertio in gradu heroico in casu et ad effectum, de quo agitur.*

Hoc autem decretum publici iuris fieri et in acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 21 Martii a. D. 1943.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

II

MATRITEN.

BEATIFICATIONIS ET CANONIZATIONIS VENERABILIS SERVAE DEI VINCENTIAE MARIAE LÓPEZ Y VICUÑA, FUNDATRICIS INSTITUTI FILIARUM MARIAE IMMACULATAE PRO PUELLIS FAMULATUI ADDICTIS.

SUPER DUBIO

An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate tum in Deum cum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.

Apostolus Ioannes, qui « fluenta Evangelii de ipso sacro Dominici pectoris fonte potavit » (2 Resp. festi eiusd.), « *Videte,* dixit, *qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur et simus* » (1 Io. 3, 1). Ipse autem Dominus Iesus: « *Omnes vos,* docuit, *fratres estis* » (Mt. 23, 8). Apostolus Paulus, hoc idem enucleando: « *in uno spiritu,*

scribit, *omnes nos in unum corpus baptizati sumus... sive servi sive liberi* (1 Cor. XII, 13), *et non est acceptio personarum apud Deum*» (Rom. II, 11). Fraterno itaque vinculo omnes nos invicem necesse est connecti atque adamari.

Hoc permota spiritu, Venerabilis Vincentia Maria López y Vicuña magnificum in ancillas domestico famulatui addictas apostolatum exercuit, novamque religiosam familiam hac mente constituit.

In oppido « Cascante », in dioecesi Tirasonen. in Hispania, die 22 Martii mensis anno Domini 1874, e Iosepho Maria López et Nicolaa Vicuña, pietate ac nobilitate praestantibus, infantula nata est, quae, die insequenti sacris baptismi aquis abluta, Vincentiae, Mariae, Deogratias nomina accepit.

His orta parentibus pie ac liberaliter diligentissime fuit educata; quin etiam pater ipse, etsi forensibus negotiis admodum districtus, prima litterarum christianaeque catechesis elementa filiolae tradere sibi reservavit. Sexennis sacro Chrismate fuit delibuta; decennis vero Christi corpore primitus refecta. Erga B. Virginem Immaculatam religione tenerrima tum coepit inardescere, quae amoris flamma Servam Dei ad mortem usque iugiter adussit.

Ab ipsa infantia in ea pietas erga pauperes crevit, praecipue ex vitae consuetudine, quam Matriti cum matertera diu habuit. Haec enim infelicem miserata sortem plurium puellarum, quae, domestico servitio addictae, propter infirmitatem, ministerio orbatae atque, recuperata sanitate, e valetudinario dimissae, vagae per urbem, innumeris periculis obnoxiae mendicare cogebantur, hospitium iisdem sua impensa comparaverat.

Huic se Vincentia Maria adiunxit atque, ut idem egregium opus perpetuo producere posset, divina gratia impellente, novam religiosam familiam constituere curavit, cuius titulus: *Institutum Filiarum Mariae Immaculatae pro Puellis famulatui addictis*. Institutum hoc ab Ordinario Toletano, cuius iurisdictioni Matritum tunc subdebatur, fuit approbatum, quin etiam ipse Ordinarius die 11 Iunii a. D. 1876 religionis vestes Servae Dei duabusque sodalibus imposuit. Eadem post biennium simplicia religionis vota nuncupavit; regulas quoque, atque Constitutiones conscripsit. Die 18 Aprilis a. 1888 S. C. Episcoporum et Regularium decretum, quod laudis audit, concessit. Anno 1889 Generalis Antistita canonice Dei Famula electa fuit. Perpetua vota sequenti anno, die 31 Iulii emisit; die autem 26 Decembris mensis eiusdem anni sanctorum mortem oppetiit.

Sanctam quidem sortita est mortem, quia sancte vixerat, uti eruitur quoque ex unanimi iuratorum testium concordia in magnificandis atque

exaltandis eius virtutibus, multiplicia facta et actus afferentium quae has plene comprobant. Deponunt enim eam frequenter, delectabiliter et constanter virtutes exercuisse. Eius quoque sanctitatis excellentia elucet ex perpetua vitae innocentia, ex mirabili erga Ssmam Eucharistiam amore, ex perfecta mandatorum Dei, Ecclesiae preceptorum, munerum atque officiorum observatione, ex sui abnegatione, ex caritate, patientia atque prudentia una cum profundissima humilitate, quibus, amantissimae matris ad instar, puellas in hospitio receptas erudiebat, moderabatur, ad virtutes et pietatem stimulabat, atque eas extra hospitium vigili cura prosequebatur, atque ex numquam, ad mortem usque, interrupta suae voluntatis uniformitate cum divina, vel in arduis obeundis.

Arduum sane fuit opus, quod est aggressa; multa enim propter hoc cum a nonnullis puellis quas beneficiis cumulaverat, tum ab iis, qui operis novitate perculsi eam contemptui habebant et fatuam dictitabant, est passa. Ast Dei Famula magna animi fortitudine omnia superavit, quin etiam alias sui Instituti domos, Episcoporum pressa petitionibus, constituere fuit coacta.

Virtutum omnium iubar, quod aequalium oculos mire, dum vivebat, praestrinxerat, verae sanctitatis famam ei post mortem conciliavit, quae tanta visa est, ut Matriti atque per Rogatoriales litteras Barcinone atque Valentiae canonicae inquisitiones ab anno 1915 ad annum 1919 fuerint peractae. Post signatam a Pio Papa XI fel. rec. die 18 Iulii anno 1928 Introductionis Causae Commissionem, Apostolicus processus Matriti fuit constitutus, de cuius et praecedentium iuridico valore ex S. huius Congregationis decreto die 19 Iulii 1939 edito constat.

Omnibus itaque servatis de iure servandis, die 4 Februarii mensis, anno 1941, coram Revmo Cardinali Alexandro Verde, Causae Ponente seu Relatore, Antepraeparatoria super virtutibus habita est Congregatio; die 28 Aprilis a. 1942 Praeparatoria; die denique 12 Ianuarii horno Generalis coram Ssmo D. N. Pio Papa XII, in qua idem Cardinalis Relator dubium proposuit discutiendum : *An constet de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum, nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Revmi Cardinales, Officiales Praelati Patresque Consultores suum quisque iudicium aperuit; Beatissimus vero Pater, ut ingeminatis precibus maiori Sancti Spiritus lumine illustraretur, hac die, Dominica secunda in Quadragesima, vicesima prima mensis Martii, suam mentem patefacere statuit.

Quapropter arcessiri iussit Revmos Cardinales Carolum Salotti, Episcopum Praenestinum, S. R. C. Praefectum, atque Alexandrum Verde Causae Ponentem seu Relatorem nec non R. P. Salvatorem Natucci, generalem Fidei Promotorem meque infrascriptum Secretarium, atque, sacrosancto Missae sacrificio pientissimo litato, edixit: *Constare de virtutibus theologalibus Fide, Spe, Caritate cum in Deum tum in proximum nec non de cardinalibus Prudentia, Iustitia, Temperantia, Fortitudine earumque adnexis Venerabilis Vincentiae Mariae López y Vicuña in gradu heroico in casu et ad effectum de quo agitur.*

Hoc autem decretum promulgari et ad acta S. Rituum Congregationis referri mandavit.

Datum Romae, die 21 Martii a. D. 1943.

✠ C. Card. Salotti, Ep. Praen., *Praefectus.*

L. ✠ S.

A. Carinci, *Secretarius.*

ACTA TRIBUNALIUM

SACRA PAENITENTIARIA APOSTOLICA

(OFFICIUM DE INDULGENTIIS)

DECRETUM

INDULGENTIAE CONCEDUNTUR PIAM INVOCATIONEM RECITANTIBUS

Ssmus D. N. Pius divina Providentia Pp. XII, in Audientia infra scripto Cardinali Paenitentiario Maiori die 17 Iulii 1943 concessa, benigne elargiri dignatus est ut christifideles omnes, qui invocationem « Domine, salva nos, perimus » (Matth., VIII, 25), quavis lingua reddita (v. g. « Signore, salvaci, ci perdiamo », « Seigneur, sauvez-nous, nous périssons », « Lord, save us: we perish », « Rette uns, o Herr, wir gehen zugrunde ») pia mente recitaverint, infra relatas Indulgentias consequi valeant: I. *Partialem, quingentorum dierum,* saltem corde contrito lucrandam; II. *Plenariam,* suetis conditionibus acquirendam, si quotidie per integrum mensem invocatio pie repetita fuerit.

Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Apostolicarum Litterarum in forma brevi expeditione et contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, ex Aedibus Sacrae Paenitentiariae, die 18 Augusti 1943.

N. Card. CANALI, *Paenitentiarius Maior.*

L. ✠ S.

S. Luzio, *Regens.*

DIARIUM ROMANAE CURIAE

SEGRETERIA DI STATO

NOMINE

Con Biglietti della Segreteria di Stato, il Santo Padre Pio XII, felicemente regnante, si è degnato di nominare:

26 luglio 1943. Sua Eccellenza Revma Monsig. Giovanni Costantini, Arcivescovo tit. di Colosse, *Presidente della Pontificia Commissione Centrale per l'Arte Sacra.*

3 agosto » I Revmi Padri Umberto Noots, Abate Generale dei Premostratensi, e Raffaele Maria Baldini, dell'Ordine dei Servi di Maria, *Consultori della Sacra Congregazione dei Religiosi.*

Camerieri segreti soprannumerari di S. S.:

26 marzo 1942. Monsig. Pietro Nilles, della diocesi di Treviri.
23 aprile » Monsig. Luigi Hennerfeind, dell'archidiocesi di Monaco e Frisinga.
» » » Monsig. Enrico Wismeir, della medesima archidiocesi.
20 maggio » Monsig. Eugenio Caire, della diocesi di Spira.
» » » Monsig. Vincenzo Schreiber, della medesima diocesi.
8 luglio » Monsig. Felice Delgadillo, dell'archidiocesi di Sucre.
29 settembre » Monsig. Massimiliano Jüttner, dell'archidiocesi di Breslavia.
17 aprile 1943. Monsig. Nicolò Pieger, dell'archidiocesi di Bamberga.
6 maggio » Monsig. Virgilio Bartoli, della diocesi di Città della Pieve.
» » » Monsig. Francesco Ogliari, della diocesi di Crema.
14 » » Monsig. Vittorio Fogari, della diocesi di Brescia.
15 giugno » Monsig. Ferdinando Feliziani, della diocesi di Osimo.
» » » Monsig. Desiderio Nobels, della diocesi di Gand.
17 » » Monsig. Marcello Magliocchetti (Roma).
» » » Monsig. Pietro Santini (Roma).
10 luglio » Monsig. Giulio Baroli, della diocesi di Novara.
» » » Monsig. Francesco Pozzo, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Angelo Bertolino, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giovanni Battista Nicola, dell'archidiocesi di Vercelli.

10 luglio 1943. Monsig. Raffaele Calabria, della diocesi di Nusco.
» » » Monsig. Giacomo Crovari, dell'archidiocesi di Genova.
» » » Monsig. Giovanni Massa, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Lazzaro De Simoni, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Arturo Grassi Fonseca, della diocesi di Todi.
» » » Monsig. Matteo Giraudo, della diocesi di Pinerolo.
15 » » Monsig. Corrado Ursi, della diocesi di Andria.
» » » Monsig. Francesco Saverio Donnarumma, della diocesi di Castellammare di Stabia.
» » » Monsig. Biagio De Andrea, della diocesi di Casale Monferrato.
» » » Monsig. Luigi Volponi, della diocesi di Ascoli Piceno.
21 » » Monsig. Uberto Jedin, dell'archidiocesi di Breslavia.
22 » » Monsig. Francesco Bassoli, della diocesi di Guastalla.
» » » Monsig. Igino Lombardini, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Pietro Amato Frutaz, della diocesi di Aosta.
29 » » Monsig. Giacomo Bruning, del patriarcato latino di Gerusalemme.
» » » Monsig. Paolo Zadra, dell'archidiocesi di Trento.
» » » Monsig. Uberto Antonio Lerschen, della diocesi di Lafayette.
» » » Monsig. Giacomo E. Howard, della diocesi di Alexandria (U. S. A.).
» » » Monsig. Giovanni Maria Pinna, della diocesi di Bosa.
5 agosto » Monsig. Giuseppe Chiavalon, della diocesi di Parenzo e Pola.
» » » Monsig. Antonio Angeli, della medesima diocesi.
12 » » Monsig. Edoardo Carlo Prendergast, dell'archidiocesi di Nuova Orleans.
» » » Monsig. Antonio Carroll Badeaux, della medesima archidiocesi.
» » » Monsig. Arminio Giuseppe Jacobi, della medesima archidiocesi.
21 » » Monsig. Antonio Marano, della diocesi di Lacedonia.
1 settembre » Monsig. Rinaldo Giuliani, della diocesi di Brescia.

Camerieri segreti di spada e cappa soprannumerari di S. S.:

29 maggio 1943. Il sig. Marchese Edoardo Persichetti Ugolini di Castelcolbuccaro (Roma).
26 giugno » Il sig. Marchese Giorgio Rappini (Roma).
» » » Il sig. Don Diego Invitti dei Principi di Conca, dell'archidiocesi di Napoli.

Camerieri d'onore in abito paonazzo di S. S.:

29 aprile 1942. Monsig. Antonio Kradepohl, della diocesi di Aquisgrana.
6 maggio 1943. Monsig. Domenico Pipparelli, della diocesi di Orvieto.
» » » Monsig. Alipio Ruina, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Giuseppe Stella, della medesima diocesi.
» » » Monsig. Grazia Ivarović, della diocesi di Cattaro.
29 luglio » Monsig. Guglielmo Biasutti, dell'archidiocesi di Udine.
21 agosto » Monsig. Quintilio Bianchi, della diocesi di Città di Castello.

Camerieri d'onore di spada e cappa di numero di S. S.:

14 marzo 1943. Il sig. Odoardo Giove (Roma).
1 giugno » Il sig. Pietro De Sanctis (Roma).

Camerieri d'onore di spada e cappa soprannumerari di S. S.:

26 giugno 1943. Il sig. Francesco Fornari (Roma).
» » » Il sig. Giovanni Pediconi (Roma).
» » » Il sig. Carlo d'Amelio (Roma).
» » » Il sig. Serafino Pompilj, dell'archidiocesi di Spoleto.

Cappellano segreto d'onore di S. S.:

10 luglio 1943. Monsig. Ambrogio Ammanniti, dell'archid. di L'Aquila.

Cappellani d'onore extra Urbem *di S. S.:*

1 maggio 1943. Monsig. Giusto Soranzo, dell'archidiocesi di Gorizia.
5 agosto » Monsig. Abbondio Morino, della diocesi di Como.

NECROLOGIO

8 luglio 1943. Monsig. Giustino Staugaitis, Vescovo di Telšiai.

12 » » Monsig. Fortunato Antonio Spruit, Vescovo tit. di Vaga, Vicario Apostolico di Luanfu.

20 » » Monsig. Giovanni Antonio Pimenta, Vescovo di Montesclaros.

28 » » Monsig. Macario Saba, Arcivescovo di Aleppo dei Melchiti.

12 agosto » Monsig. Edoardo Mulhern, Vescovo di Dromore.

20 » » Monsig. Mattia Clemente Lenihan, Arcivescovo tit. di Preslavo.

21 » » Monsig. Mariano Blaha, Vescovo di Neosolio.

24 » » Monsig. Leandro Astelarra, Vescovo di Bahia Blanca.

27 » » Monsig. Giuseppe Gaspare de Affonseca y Silva, Arcivescovo di San Paolo del Brasile.

30 » » Monsig. Michele Giuseppe O'Brien, Arcivescovo di Kingston.

» » » Monsig. Giulio Glattfelder, Arcivescovo Vescovo di Csanád.

12 settembre » Monsig. Giuseppe Castelli, Vescovo di Novara.

13 » » Eño Signor Card. Francesco d'Assisi Vidal y Barraquer, Arcivescovo di Tarragona.

IL SANTO PADRE PIO XII

Biografia di SUA SANTITÀ scritta dal P. GILLA GREMIGNI, m. S. C.
Pagine 512, in-12°, in carta distinta L. **25**
La stessa edizione in carta comune, riservata alle Associazioni di Azione Cattolica L. **20**

PICCOLO MANUALE DI PREGHIERE. Città del Vaticano; Pia Società di S. Girolamo per la diffusione dei Santi Vangeli, Editrice. Pag. 80 e copertina.
Presso la Sede della Società (Libreria Vaticana) L. 0,90
In Roma ed in Italia L. 1 —

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
AGATHANGELUS (P.) A LANGASCO, Ord. Min. Capuccinorum. **De institutione clericorum in disciplinis inferioribus** (Legislatio canonica) in-8° – pp. XVI-292	25 —	26,50	30 —
Apologie (Le due) di S. Giustino Martire, con gli atti del Martirio. Traduzione dal greco del prof. Pietro Baldoncini. In-8°, pp. 74 . . .	3 —	3,50	4 —
BATTELLI (Prof. GIULIO), **Lezioni di Paleografia** (Pont. Scuola Vaticana di Paleografia e Diplomatica). Vol. in-8°, di pp. XII-242, con 40 facsimili di antichi manoscritti e numerosi grafici nel testo	40 —	42 —	43 —
BENEDETTI (P. PIETRO), M. d. S. C. – **Intorno al Catechismo. Lettere ad un parroco.**	5 —	6 —	7 —
BONA (GIOVANNI) da Mondovì. **Principi e documenti di vita cristiana.** Versione del conte SOMIS DI CHIAVRIE, riveduta e corretta da Mons. MARCO VATTASSO, in-18°, pp. XII-248	2 —	2,50	3 —
BOSSI (Mons. Prof. GAETANO). **Le liriche di Q. Orazio Flacco.** Versione ritmica; con indice alfabetico dei vocaboli degni di nota, pp. XVI 124 (22 × 15)	10 —	10,75	12 —
— **Traduzione ritmica di quaranta liriche oraziane.** In-16°, di pp. 150 .	5 —	6 —	7 —
Cantus qui desiderantur in Rituali Romano. In-12°, pp. 24	2 —	2 —	2,25
COFFANO (Mons. Dott. PIETRO). **Lumen vitae.** Lezioni di cultura religioso-morale. Vol. I (2ª Ediz.). Verità fondamentali – Etica generale – Etica speciale, pp. XII-458	12 —	13,50	15 —
— Vol. II. I Sacramenti in genere. – I Sacramenti in specie. – I Novissimi, pp. XVI-512.	12 —	13,50	15 —
Consacrazione (La) Episcopale secondo il Pontificale Romano. Parti principali più adatte a coltivare la pietà dei fedeli assistenti (Testo e versione), In-16°, di pp. 71	2 —	2,50	3 —
Coram Lega habitae S. Romanae Rotae Decisiones sive Sententiae quas nempe Emus Cardinalis Michaël Lega annis 1909-1914 eiusdem Sacri auditorii Decanus exaravit. – Iterum editae adnotationibus auctae Codicis Iuris Canonici hodiernaeque iurisprudentiae consentaneis. – Cum praefatione de veterum decisionum natura et origine earumque collectionibus. Vol. in-8°, pp. 608	60 —	63 —	70 —
Cronistoria dell'Anno Santo 1925. – I. **Appunti storici** – II. **Dati statistici** – III. **Atti ufficiali**, con appendice storico-bibliografica e indice. – Ricco volume in-8°, con illustrazioni e artistica copertina in tricromia, di pp. XII-1260	50 —	55 —	65 —
Decretum de colore violaceo, 24 iunii 1933 (S. C. Caeremonialis). – Con tavola a colori per le vesti di lana e di seta	0,60	0,70	0,80
DE LAI (Card. GAETANO). **Della presenza reale di Gesù Cristo nella Eucaristia.** In-16°, pp. 150, con incis.	5 —	6 —	7 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis **"Acta Apostolicae Sedis"**
(*Libreria Vaticana - Città del Vaticano — °/. postale N. 1-16722*)

	Roma L.	Italia L.	Estero L.
De Meester (D. Placido, O. S. B.). *Η ΘΕΙΑ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΙ ΧΡΥΣΟΣΤΟΜΟΥ.* Editio secunda	6 —	6,60	8 —
— **La divine liturgie de St Iean Chrysostome.** Texte grec et traduction francaise, deuxième édition revue et augmentée, pp. XVI-160, rouge et noir	10 —	10,60	12,50
— **La divina liturgia di S. Giovanni Crisostomo.** Testo greco e versione italiana, seconda edizione riveduta e aumentata, pp. XVI-160, in rosso e nero	10 —	11 —	12,50
Enchiridion Biblicum. Documenta Ecclesiastica Sacram Scripturam spectantia, Auctoritate Pontificiae Commissionis de re Biblica edita. 1927	10 —	11 —	13,50
Eucarestia (L') meditata o Gesù mio amore e mia vita. Meditazioni per prepararsi alla S. Comunione seguite da ringraziamenti (Traduzione dal francese), 9ª edizione migliorata. Un vol. in-18°, pp. XII-534	5 —	5,80	6 —
Ferretti (Mons. Luigi), Vescovo di Macerata e Tolentino. **Economia ecclesiastica, criteri amministrativi.** Elegante volumetto in-16° di pp. XII-136 e tre moduli. Legato in tela	5 —	5,60	6 —
Formula iusiurandi in Motu proprio « Sacrorum Antistitum » praescripta. **Professio Orthodoxae Fidei** iuxta formam a Summis Pontificibus Pio IV et Pio IX praescriptam. – Dieci copie	3 —	3 —	3,50
Gasparri (Card. Petri). **Catechismus Catholicus.** In-12°, pp. 488	15 —	16,50	21 —
— **Tractatus Canonicus de Matrimonio.** Editio nova ad mentem Codicis I. C. – Vol. I, pp. 472 – Vol. II. cum allegatis pp. 620	50 —	53 —	60 —
Index sedium titularium Archiepiscopalium et Episcopalium	12 —	13 —	14 —
Instructio ad R.mos locorum Ordinarios de scrutinio alumnorum peragendo antequam ad Ordines promoveantur, pp. 16	1,50	2 —	2,25
— **Declaratio propria manu subscribenda a Candidatis in singulis sacris Ordinibus suscipiendis, iuramento coram Ordinario praestito.** Mezzo foglio. Copie 10	1,50	2 —	2,25
Instructio ad supremos Religionum et Societatum clericalium Moderatores: De formatione clericali et religiosa alumnorum ad sacerdotium vocatorum, deque scrutinio ante Ordinum susceptionem peragendo. – Pp. 16	1,50	2 —	2,25
— **Formula iurisiurandi praescripta pro alumnis religiosis ad sacerdotium vocatis.** Mezzo foglio. Copie 10	1,50	2 —	2,25
Instructio servanda a tribunalibus dioecesanis in pertractandis causis **De Nullitate Matrimoniorum,** edita die 15 augusti 1936, cum adnexis appendicibus quorundam documentorum necnon adiectis indice analytico-alphabetico tabulisque comparativis. In-8°, pp. 96	10 —	11 —	12 —
Istruzione della S. C. dei Sacramenti in esecuzione dell'art. 34 del Concordato stipulato l'11 febbraio 1929 tra la Santa Sede e il Regno d'Italia In-8°, pp. 40 e copertina	2 —	2,60	3 —
Kempis Thomae. – **De Imitatione Christi.** – Libri quattuor. Editio latina ad codicem autographum exacta (curante Angelo Mercati), pp. 470 in-48°	5 —	5,75	6 —
— **Della imitazione di Cristo.** – Libri quattro. Versione riveduta sul testo genuino – Proemio – Preghiere – Meditazioni – Letture, a cura del P. D. Placido Tommaso Lugano, O. S. B., Abbate di S. Maria Nova di Roma, pp. LII-400. In carta indiana, leg. in tela, tit. in oro	12 —	12,50	13 —
— **L'Imitation de Jésus Christ.** – Traduction nouvelle en français, suivie des prières durant la Sainte Messe et des Vêpres du Dimanche. Un vol. in-48° de pag. 636, impression en rouge et noir. En brochure	5 —	5,75	6 —

Veneunt Romae apud Admin. Commentarii Officialis " Acta Apostolicae Sedis „
(Libreria Vaticana - Città del Vaticano — c/c postale N. 1-16722)